



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Officium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

restituendum. cap. 17. nu. 160.

Occultum dicitur quod non est publicum. publicum verò id quod est notorium. ibidem.

Q. D. I. V. M. Dei est maximum peccatorum. cap. 11. nu. 14. Odium etiam proximi est mortale. ibid.

O. F. F. I. C. I. V. M. Peccat mort. princeps vendens officia publica sui regni tam carè, & talibus personis, vt probabiliter credat, vel credere debeat, quòd malè vtentur eis, aut oppriment subditos. c. 25. nu. 7.

Peccat mort. Domini accipientes pretium pro temporalibus officiis, quando recognoscunt alium Superiorem, & fit in loco vbi prohibitum est sub mort. ibidem.

Non peccant principes dando officia publica in dotem, vel mercedem obsequiorum. Neque officarij vendentes publica officia pretio tam honesto, & talibus personis, vt probabiliter credatur non malè vitiosos officiis. cap. 25. nu. 7.

Pius V. tulit contra ambientes officia iurisdictionem habentia sequentem legem.

Nemini de cetero liceat, mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, & per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia exercitium & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obti

obtinere: ac si quis his presentibus contravenisse quocummodo dici, aut censei potuerit, ipsum contravenientem eo ipso confiscationis bonorum, degradationis, & amissionis tam privilegij doctoratus, quam quorumcumque per eum obtentorum officiorum tam secularium quam Ecclesiasticorum, ac denum ultimi supplicij poenam irremissibiliter incurrere volumus. & infra. Et quod ubicumque & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas, seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri persona pro officiis, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi habuerit, obtinuerit, se a promissis attentu interpositione persona huiusmodi nullatenus excusare queat. Quinimò nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure presumetur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum qui officia & dignitates & similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdemque propterea poenis subiacere omnino intelligatur. cap. 25. nu. 7.

O L E V M sanctum. vide Chrisma.

O M I S S I O vt mala fit, requiritur quod homo possit facere, & teneatur, & non faciat. Præl. 6. nu. 4. Præl. 7. nu. 13. & in hoc ponuntur aliqua exempla.

O P E R A bona facta in peccato ad multa